Martinus quartus Gallicus de Campania, — Nolte Init. M.
prius dictus Symon, papa ordinatur anno Domini
MCCLXXX, ~~sedit~~ vixit quatuor annos et mortuus
est.

Judei
Anno Domini MCCLXXXIII. quendam puerum — Cr. S. P.
christianum in Maguncia miserabiliter occi-
derunt.

Honorius quartus fuit Romanus, prius dictus — blau Init. H.
arii
Jacobus de Sabello cardinalis, eligitur ~~Tempori~~
Rome coronatus
die Lune post octavas pasche,
sub anno Domini MCCLXXXII. Et vixit duobus
annis et mortuus est in cena Domini.

Anno Domini MCCLXXXVI. In Fresia submersi — Cr. S. P. 1287.
sunt per inundacionem plus quam octoginta
milia hominum. Eodem anno inicietum est ce- — Cr. S. P. E! 1286.
nobium griseorum dominarum in Ilmene
a domino Gunthero comite de Swartzburg. Et
sequenti anno ibidem sepultus est.

Eodem anno Judei quendam servum nomine — 2 Lin. von Cr. S. P.
Wernherum, qui eis pro mercede servierat, in
die parasceuen martirio decoraverunt, omnia
genera contumeliarum explentes in eo, que do- — ther
minus noster Jesus Christus passus fuit, excepta
crucifixione, alias vero crudelissima morte eum
interfecerunt. Quod postquam Christiani plebi
perceperunt, omnes Judeos, quos invenire pote-
rant in ~~villis~~ civitatibus et villis, circa mille
viros interfecerunt, exceptis parvulis et mu-
lieribus, et omnia eorum bona diripuerunt.
Tres vero ecclesias eidem bono Wernhero chri-
stiani construxerunt. In quibus Dominus multa
miracula propter eundem operari dignatus est.

Nicolaus quartus, prius dictus Ieronimus mi- — Nolte Init. N.
nister generalis ~~ord~~ fratrum Minorum, papa
consecratur sub anno Domini MCCLXXXVII, vixit
quinque annos et obiit in cena Domini.